



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Septima causa. Adventus Principis, Prælati Populi parag. 8

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

illam omnino relinquere; quia si illa pars desit, non est obligatio ad dendi com partem.

## §. VIII.

*Aduentu Principis, Pralati  
Populi.*

**C**ONCEDUNT a aliqui, si superueniat Princeps, vel Prælatus, vel processio Populi, vel similes, auditorique sint Sacrum, posse sacerdotem interrompere Missam, & iterum incipere: si alius sacerdos non sit, & celebrans solum progressus fuerit usque ad oblationem exclusivè, non vero si ultra. Immo id in praxi observatum esse testatur b Navarrus, c & Henriquez.

2. Mihi quidem hæc concessio  
non

a Navar. Henrig Sa, Scortia quos  
citae, sequiturque Layman lib. 5. tract.  
2. cap. 7. num. 2. sine. b Nav. ib. c Hen-  
rig. ibid. d Supra lib. 1. c. 6. §. 3. num. 2.

non placet, sicuti nec placuit supra  
 a quod propter similem adventum  
 possit ab eodem bis eodem die ce-  
 lebrari. Ratio est, quia eiusmodi ad-  
 ventus non affert tantam necessita-  
 tem, qua superare possit irreveren-  
 tiam interruptionis Missæ, quan-  
 doquidem illi cum non suppetat al-  
 lia Missa, ad integram audiendam  
 non obligentur: Maxime ergo lau-  
 dandum est Decretum b Mediola-  
 nense, in quo absolute cavetur, ne  
 quis Missam semel inchoatam re-  
 petat: Id quod præxim à Navarro  
 allatam, nec solido fundamento ni-  
 xam, merito corrigit.

§. IX.

## OCTAVA CAUSA.

*Concio, Ordinatio, Communio Populi,  
 Publicatio Edictorum.*

**H**æc exerceri posse juxta  
 Rubricas, & consuetudi-  
 nes,

a *Supra lib. 1. c. 6. §. 3. n. 2. b Apud  
 Gavant. in man. Episc. v. Missarius  
 rum. 159.*